



## **Politicorvm Libri Decem**

**Contzen, Adam**

**Colonia, [1621]**

Cap. X. Maturo & lento consilio ad bella procedendum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Venia ho-  
stibus facile  
danda.

§. 4. Consilium Principi laeso dederim, vt cum primum se hostis errasse agnouerit, & pro magno delicto paruam satisfactionem obtulerit, eam accipiat, imò ita agat, vt ipse suā clementia pœnam mitiget, nihil asperum, aut contumeliosum imponat, damno eorum, quorum interest, quo ad eius fieri potest, consulat; porius tamen quàm bellum se quatur ipse de suo satisfaciāt, subditosque doceat, pro communi bono incommoda quædam toleranda esse. Sic enim bellum vitabit omnium periculosissimum, quod est futurum cum desperatis. Si enim extrema videant, acerrimè resistent, pro vita & libertate pugnaturi; deinde omnes eorum miserti, vt poterunt, succurrunt; eumque, qui eos ad tam graues necessitates adigit, execrabuntur. Quod si omnia desint, in cuiuscunque potentioris ditionem, & ius se dabunt. Fidenates cum misericordiam victoris desperarent, igne se cremarunt, Saguntini se ipsi conecerunt, & plus operæ fuit in vna ciuitate, nec ea populoſa, quàm in vastissimis Asiæ regnis subjugandis. Cogiter & illud; esse multos innocentes, multos necessitate, multos leuitate, plerosque errore peccasse. Magnum causæ discrimen faciat, qui enim aperte improbi, contra ipsam gentium crudeles fuerunt, grauius puniuntur.

## CAPVT X.

### Maturo & lento consilio ad bella procedendum.

Primum con-  
siliū in pu-  
gna, ne le-  
datis.

§. 1. **B**ELLVM indicturus omnia hostium, tuorum, vicinorum circumspecte, & si omnia tibi fauere aduerteris, temporum mutationes exhorresce. Bellum facturus omnia tua prius communi, ne lædaris. Deinde vt vincas vide. Hannibal Gades oppugnaturus, in Africam tredecim Hispanorum millia mittit, & mille equites, vt eam tuerentur, ex vrbe Africa quatuor millia Carthagini custodiendæ dimittit, simul obsides, simul milites habens. Lyſander Athenas obſeſſurus, omnes eo compulſit, vt defectu commeatu premeret. Sed hoc anceps est; nam inſtrui poſſet illa multitudo, & caſtra caſtris opprimere.

Bello ardē-  
te omnia in-  
firma ſunt.

§. 2. Consilium itaque maturum adhibendum, nec bellum nisi summā cura suscipiendum, vt & iusticia causæ, & vires expendantur. Iterum itaque iterumque ad consilium veniatur, quid enim omnia profunt, cum Respublica est bellicis difficultatibus implicata? Omnium parcitas in bella consumitur, nec tantum accipi potest a pacatis, quantum in bella absumitur. Vincenda consilio iracundia. Dictum sapiens est Nazianzeni:

Ὁυ μὴν χαλὴν μὴ φρενῶν ἔξω πέτῃς.

Animum frena, seu iram frena, ne mente excidas, malim ego huic loco accommodare:

Ὁυ μὴν χαλὴν μὴ φρενῶν ἔξω πέτῃς.

Iram frena, ne throno excidas. Rex & Consiliarij sub aurato tholo interperistromata de bello consultantes in acie se versari credant; atque eo animo sint, quo illi, quorum aures circa student, emissa tormentis iacula: si consulentium interdum quies vnus sclopi globulo terreretur, multo sedatius bella decernerent.

Consiliarij  
quales in  
bellum.

Rectè Princeps Outopianus, cum magno numero Consiliarij de bello consultarent, jamque Senatus consultum p bello subscribendum esset, clam constituit, vt ex opposita senaculo turri per vitreas fenestras in conclaue jacularentur milites, sine vilo periculo eorum, qui adefſent, sed ingenti pauore, cum

volitare specularium fragmina viderent, omnes dif- fugere, tuta querere; monebat Princeps, vt in periculo interriti consisterent, sed frustra; vicit timor ver- recundiam, & solus in periculo, vt putabant, Prin- cepts destituitur; ille ciuilitati timori ignoscens: Ne- mo, inquit, bellum suadeat, nisi qui & ferre pericula potest. Me in periculo destituitis, verbo leones, re lepores. Hæc errata quotidie cernimus; & olim fuisse docet Thucyd. *μὲν δὲ ἀσφαλείας μὲν ἡ ἀπορία μὲν δὲ ὁ δῆλος ἐν τῷ ἔργῳ ἐλλείπειν.* Dum securi sunt fortes sententias pronuntiant, dum in metu, in medio opere deficiunt. Hac in re nihil periculosius Principe, qui cum homo sit, damna, contumeliasque morte huma- no, id est, ægro animo, & vt excelsa mentis videatur, iracundo fert. Consiliarius fidus sententiam non p- affectu, sed salute Principis dicet. Irato enim Prin- ci Consiliarius pacatus maximè necessarius est; nam consilium dabit, quale pacatus Princeps ipse proba- ret. Multi hac in re falluntur, cum ad gratiam occu- pandam, iræ Principis adulantur, quàm mox Prin- cepts ipse positurus est. Non enim semper eodem sunt voluntates Principum, vt monet Plinius, iratorum verò voluntates vaneſcunt celerrime. Memini me legere apud Eurypidem aurea verba in supplicibus:

Σφαλερὸν ἡμεῶν θεσπύς.

Lubrica res Princeps audax, seu iactator, cui si accedat subdolos adulator, qui in lubrico motum ciere no- rit, impetu præcipitabit omnia, & cum omnia defe- cerint, ad stultorum fiduciam refugient, quæ est, vt fortunam sibi spondeant.

Consilium igitur bellis tardum ac maturum re- quiro: vnicum consilium multas superat manus. Meminerint nullos prius sentire mala belli, quàm qui mouent. Optime suadet, & peruenit Juriscon- sultorum prudentissimus Petrus Georgius Tolosa- nus, l. 11. c. 2. §. de Repub. *Paucis momentis consilium ciuitatis non minus, quàm fortuna efficit maxima. Scribit & Aimonius Burgundiones omnes, plus consiliis quàm armis tutasse suam Rempublicam. Saltem arma consilio temperan- da sunt. Sunt enim quidam nimium precipites, qui dum in- ferre pericula volunt, non cauent: cum tamen expendendum sit, vim fortuna Martemque communem & accipitem: certa p- incertis non esse mutanda, & vt ait Sallustius, omne bellum sumi facile, ceterum ægerrimè desinere: nec in eiusdem pote- state initium & finem esse. Incipere cuius vel ignauo licere, sed non deponi, nisi cum victores velint: Princeps hac in con- sultatione de bello incundo, debet quoque, consultores ipsos per- pendere, qui sint, qui suadeant, qui vè dissuadeant. Sunt in aula furia, faciesque belli, nobiles, quibus in pace durius seruiti- um est, quo tempore coguntur probis legibus obtemperare, & a quibus in belli licentia se liberant: sunt iniqui, qui neque ipsi quiescunt, nec alios quiescere sinunt; sunt exules, qui in eos, a quibus pulsi sunt merito metu pœnarum cunctantem Prin- cipem in arma impellunt. Sunt qui pretextu publicæ causæ, vel se ipsos de inimicis vindicare, vel ditescere stipendii, & sumpti- bus Principum, & ex rapina in subditos, capiunt. Sunt plures qui de bello peragendo consilium facile dant, sed periculum pos- tea subire detrectant. Sunt qui presentia tantum respiciant, & iram exandescentem implere desiderant, sed mala publica & priuata non considerant: quæ omnia tamen prudens Prin- cepts vel Reipubl. gubernator, prius expendit, quàm aggredia- tur. Nempe bello instituto, vt ait Thucydides, Principes male audire & culpari ob damna. Consilium bellicum verò in his constituo, vt quantum iuuentus Matte feroci exuperat, tantum omnes prouidere atque euol- uere casus omnes, Senatus esse sui muneris, arbitra- tur.*

§. 3. Hæc verò consideret. Primo. Quis hostis? Quæ con- ſi- an Pœnus? an Asiaticus? an tantum impetu, an verò deranda etiam dolis & prudentia valeat? stultus est, si quis sunt bella- mille arctibus contra quinquaginta lupos bellum turo. adornat.

Consulen-  
dum Prin-  
cipi non a-  
dulandum.

adornant. Hæc merito consideranda veniunt, ne temere quis suam, atque alienam fortunam spe, metuque verset. Plus negotij Romanis tam provide bellantibus, alijque is, qui non timebatur hostis nocuit. Andriſcus vltimæ fortis homo, imaginarius Macedoniæ Rex Iuuentium prætorem cecidit, Numantini vna ciuitas annos quatuordecim restitit, & cælis exercitibus Romanis, pudendis fœderibus eos affecit. Cretes Marcum Antonium vicerunt, cum fiducia victoriæ plures catenas, quam arma in manibus haberet. Bello sociali Rutilius, & Cæpio cæsi, fugati: Iulius Cæsar exercitu amisso in urbem cruentus illatus est, tota Italia infestius, quam ab Hannibale spoliata. Bello serui Euno duce Manilij, Lentuli, Pisonis, Hyspæi castra cæsa sunt. altero vero, Athenione Rege, Seruilij & Luculli castra capta sunt; quia minore Consilio contra hostem contemptum itum est. Spartacus quoque & Socij, Clodij, Glabri castra diripere, deinde alia castra; in Apennino Lentuli exercitum Spartacus idem cecidit, Caij Cassij castra deleuit, quibus victorijs elatus de inuadenda vrbe Romana deliberrauit. Tandem vero totis imperij viribus contra Mirillonem confurgitur. Antenelectum; & temere bellum id gestum, donec periculo Consilia excitarentur. pauca narraui, sed nescio an toto imperij tempore, si bellum Punicum secundum excipias, tanto dedecore victi sint Romani, quam hisce in parergis, & contemptis hostibus, quibus se Imperatores sine maturo Consilio obiecerunt. sed cladibus didicerunt.

Βουλὴς γὰρ ὁρθῆς οὐδὲν ἀσφαλές ἐστιν  
Ἰερὸν αὐτῶν ἐστὶν ἡ συμβουλία.

Consilio recto nihil tutius, sacra reuera res est Consilium. Sine eo sacro dum bella aggrediuntur: ceciderunt illud stultorum. Non putabam, quod in bello capitale est. Deinde id quoque pensandum: Neminem facilius opprimi eo, qui securus est. Nihil in bello contemni debet. Nec vocandi sunt timidi, qui cauti, ἀμαδία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ θυμὸν φέρει. Imperitia audaciam, ratio timorem adfert. Omnia ante bellum timenda proponas. Secundo: Ideo laudandi Spartiæ, qui ducem si temere, & sine consilio vicisset, morte multabant. Durius Cathaginenses, si errasset, in crucem agebant: quod tamen in solâ temeritate excusari supplicium possit. Nam temeritate ducis proditam patriam iudicabant, quamuis fortuna casum auerisset. Omnia enim prouidenda sunt, nec quicquam spernendum, cum paruis momentis agitentur casus regnorum. Fama constant bella, & ea sæpe conficiuntur.

Apud Romanos rei gesta ratio poscebatur, sed si quis ignorantia, aut calum rem male gessisset, nullo alio in periculo erat. Malitia pauci deliquerunt, Sergius & Virginius mutuo odio ad Veios magnæ claudicausam dederunt, Sergius à Virginio æmulo collega auxilium petere noluit, Sergio Virginius non rogatus ferre noluit. Tardè itaque consulendum, qui cum multa præiuderis, ab infinitis lædèris, vnde non putabas. Consilia itaq; præeant. Consilio inito studiosè aggrediendum bellum, nam

Εν γὰρ χειρὶ τῶν πολέμων, ἐπείων ἐνὶ βουλῇ  
In manibus finis belli, verborum in Consilio.

## CAPVT XI.

### Bellum etiam iuste gerendum esse.

§. I. PARS VI est iustæ esse, necessariaque bella nisi etiam iura belli seruentur, habent enim & ar-

ma suas, quamuis aduersa legibus, leges. Primo quidem bellum ex iusto aliquando iniustum atque execrabile redditur, cum per milites geritur, quos aduocasse in auxilium non oportuit. Deinde hinc fieri potest, vt iure merito vicini principes, ac Respublicæ possint ac debeant eos, qui ante iniquam causam fouebant, adiuuare, & iudicare causam istam esse factam iustam alterius partis vitio.

Si enim princeps Christianus cum alio bellum gerat item Christiano, milites vero Turcos, Tartarosve, aut alios infideles, & Barbaros inducat, non dubium quin grauissime delinquat, quamuis iustam bellandi causam habeat. Ratio est firma; quamuis enim altera pars peccarit, atque ad satisfactionem obligetur, non tamen tenebitur se barbaris in potestatem tradere, quod summo non modo corporum, sed animorum detrimento fieri certum est. Neque potest vllus princeps aut Respublica ab vlllo principe, aut Republica eam poenam exigere, vt Turcæ portam aperiat, summo discrimini subditos committat. Possunt etiam principes Christiani obfistere, & contra eum, qui infideles, fœderum contemptores, publicos omnium Christianorum hostes aduocauit, insurgere. Non enim hoc modo iniquæ causæ patrocinabuntur, sed cōmune periculum auerterent, q̄ non modo illis, quos contra vocantur barbari, & vicinis principibus, sed ipsi quoque qui vocantur, in perniciem verti solet.

Vsitatum est in seditionibus aduocare barbaros, & hac via Heruli, Alani, Gothi, Wandali, Longobardi imperiū inuaserunt. Palæologus contra Marcū Craconiciū Bulgariæ principem, cuius fiducia proceres eius rebellarant, Amurathem vocauit, qui lætus occasione primum pro Palæologo vicit, deinde Græciæ magnam partem sibi subiecit. Bellum iniustum gessit Palæologus, sed postquam barbaro & periuro milite vsus est, se, & regnum perdidit, & hostem validum Europæ immisit, qui nunc Italiæ, Germaniæ, & Hispaniæ claustra pulsatur. Hanc ob causam cauendum est; ne principes magni animi & celsi eo per vicinorum iniurias redigantur, vt ad hostem se se communem applicent. Ita Baiazetes dum victis Christianis Palæologum ad extremam desperationem adegit, ille inuocato Tamberlane liberatus est, Baiazetes parricidij, (nam minorem natu fratrem occiderat) & crudelitatis poenas dedit, caueat inclusus, & per ludibrium circumductus. Verum ad arma barbarorum reuertamur, 2. Paralipom. capit. 16. *Aſa iubetur exercitum ex Syria conductum dimittere; quin & iam Iſaphato cap. 19. dicitur; impio prebes auxilium & iis, qui oderunt dominum, amicitia iungeris.* Occurrunt tamen hoc loco, quæ subsidia illa tueantur. Nulla enim occurrit ratio, cur non omni genere militum vtamur, seu fideles sint, seu infideles, curenim cū mequis, elephantis, canibus vtamur in hostes, non liceat vti milite infideli, cum sint administri iustitiæ, nec in illis pietas, sed obedientia requiratur? Maccabæi cum Romanis inière fœdus, & Demetrium Ionathas adiuuit. Quin & 1. Regum 18. 29. Dauid se iunxit Achi Palestinarum Regi. Denique in plerisque militum, qui Christiani vocantur, haud magna est religionis, & pietatis cura. Siigitur pios quærimus, castra deferenda sunt.

Responsum in promptu est. Natura ita comparatum est, vt in sui defensionem qualibet auxilia homines exquirant; neque attendant ad pietatem, vel peccata adiuantis: ideoque per se, & ex natura non est scelus vti milite improbo, vel infideli, sed quia tot mala inde nascuntur, vt omnino reddatur bellum illicitum. Quocirca princeps Christianus ditone sua per iniuriam pulsus, exulpo-

§§§  
tius

Armorum  
etiam leges  
sunt.

Barbara  
auxilia non  
aduocanda.

Turca nūc  
quoque no-  
stris dissidiis  
immitatur.

Exul agere  
nō debet, vt  
Turca viri-  
bus resti-  
tuatur.